



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Rvperti Ab-||batis Tvitiensis, Svmmi Disertissi=||miq[ue]  
Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII.  
prophetas mino-||res, Commentariorum Libri XXXII**

**Rupert <von Deutz>**

**[Köln], M. D. XXVII.**

**VD16 B 3835**

Rvperti Abbatis Tvitiensis In Sophoniam Prophetam Commentariorum  
Liber Secvndvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71859)



COMMENTA· RVPER· ABBA· LIB· II·

recte intelligitur de pastoribus & pecoribus plenitudinis gentiū, ac demū, Et erit funiculus eis qui remāserint de domo Iuda, qđ nihilominus recte intelligitur de illis reliquis q̄ super sunt, & supererūt de Iſrahel, in quo cōtigit cārcitas. Simul de utriq; de ouibus siue pastoribus partiū utrarūq; illud intelligendū qđ subiunctū est. Ibi pascētur in domibus Aſcalonis ad ueſperā requieſcēt. Quid est ibi pascetur, nisi in funiculo illo possidebūtur: Funiculus nāq; possessio est, iuxta illud: Pars autē dñi populus eius, Iacob funiculus hēreditatis eius.

- Deut. 32. Aut certe funiculus dimensio possessionis est, iuxta illud: Et eiecit à facie eorū gētes, & forte diuisit eis terrā in funiculo distributionis. Quolibet modo accipias, sensus totius summa est: Ibi pascētur in domibus Aſcalonis, ad ueſperā requiescent, ac si diceret: In sorte dñi cōputabūtur, in sinibus Abraham, Isaac, & Iacob collocabunt, in cœlestibus mansionibus, quas Aſcalon. i. ignis homicida, scilicet Iudaica impietas suas esse domos gloriā. At illi sibi regni eijcient in tenebras exteriores, isti autē uenientes ab oriente & occidēte, recubent in sinibus Abraham, Isaac, & Iacob. Vnde hoc: Quia uisitabit (ingr) eos dñs deus eorū, & auertet captiuitatē eorū. Quis ille dñs qui uisitabit, nisi ipse qđ dixit de his, & de semetipso, Et uertit uinū ouile & unus pastor? Ipse nāq; de uisitatione hac dicit in alio propheta: Ecce ego requirā oues meas, & uisitabo eas sicut uisitatur pastor gregē suū, in die qñ fuerit in medio ouium suarū dissipatarū, &c. usq;: Ecce ego iudico inter pecus & pecus, arietē & hircū, inter pecus pingue & pecus macilentū. Duo dicta sunt in illo, uisitabo oues meas, & iudicabo inter pecus & pecus, duo nihilominus in isto, qđ uisitabit eos dñs deus eorū, & auertet captiuitatē eorū. uisitabit, subauditur, primo ad uētū suo, ut sit ipse pastor, & ouē peditā ad gregē suo re portet humero. Auertet captiuitatē eorū, secūdo ad uētū suo, qñ iudicabit utiq; inter pecus & pecus, & separabit oues ab hœdis, dicitq; ouibus à dextris: Venite benedicti patris mei, possidete paratū uobis regnū, & hœdis à sinistris: Discedite à me maledicti in ignē aeternū.

¶ Finis libri primi in Sophoniam.

RVPERTI ABBATIS  
TVITIENSIS IN SOPHONIAM PROPHETAM  
COMMENTARIORVM LIBER SECVNDVS.

Triplices res  
fidei ad  
uersarii.



Duersariorum seu ueritati contradicentiū uniuersitas trifariā diuisa est. Alia est diuisio Iudaorū, & alia hæreticorū, alia paganorū. Super oēs diuisiones istas uerbū dñi est, eo ordine, quo nūc à nobis nominatæ sunt. Siquidē sup̄ Iudaos iam prolatum est uerbū, & ipsi designati sunt sub noibus Chanaan & terræ Philistinorū, dicendo: Uerbū dñi super uos Chanaan terra Philistinorū.

Hæretici protinus distinguuntur sub noibus Moab et filiorū Ammon, dicendo: Audiat opprobriū Moab et blasphemias filiorū Ammon, q̄ exprobrauerūt populo meo, et magnificati sunt sup̄ terminos eorū. Subinde paganorū impietas sub noie cōdēnatur Aethiopiā, cū dicit: Sed et uos Aethiopes interfecti gladio meo eritis. Protinus et ipse, q̄ est omnium inimicorū caput, diabolus, perditus atq; p̄dendus designat sub noie Assur, dicendo: Extēdet manū suā sup̄ Aquilonē, et p̄det Assur. Deniq; sub istis noibus debere hmoi sensus suscipi satis probabile est, p̄sertim quia p̄ceptū fuisse scimus prophetis, nō oia manifeste loqui, imō claudere sermonē, et signare librū, et ligare testimoniū, et signare legē discipulis domini cū pollicitatione ista: Quia p̄transibunt plurimi, et multiplex erit scientia. Præterea et illud nobiscū facit, quia nec rerū p̄sentīū, nec historiarū, quæ de rebus gestis cōscriptæ sunt, aliquod suffragat experimentū siue testimoniū, ei qui simpliciter, et ut uulgo nota sunt, accipit noia hæc Chanaan siue Philistinorū, Moab et filiorū Ammon atq; Aethiopiā. Nā et dñs nō immunes fuere malorū quæ in mūdo facta sunt uel fūt, nihil tamē usquā legitur talē uerbū tā magnū, ut p̄sentis prophetiæ litera sonat, simplr̄ audientibus. Verbi gr̄a, cū protinus ita loquitur. V iuo ego dicit dñs exercitūū, deus Iſrahel, qđ Moab ut Sodoma erit, et filij Ammon quasi Gomortha, siccitas spinarū, et acerui salis, et desertū usq; in aeternū. Sile de terra Philistinorū.

Non literam,  
sed spiritū &  
mysteriū hic  
seq̄ oportet.  
Dan. 12



Philistinorum. Quando enim factum est quod dicit: Et erit requies pastorum & caulae pecorum. Quando nullus in ea fuit habitator, & in tanta uenit uastitatem, quae laetabat in euerfione Iudaeae, ut omnes urbes eius munitissimae essent in ouilia pastorum atque ita culta, et sic uepribus atque urticis operata, ut pastores de reliquijs Iudaeorum in Ascalone post meridiem requiescerent, & in urbe quondam nobili greges suos accubare facerent. Proinde ceceptum iter securi pergamus, & spiritus sancti uerba spiritaliter intellexisse contenti simus. **L**audiuimus opprobrium Moab & blasphemias filiorum Ammon, quae exprobrauerunt populo meo & magnificati sunt super terminos eorum. Propterea uiuo ego dicit dominus exercituum, deus Israel, quia Moab ut Sodomia erit, & filij Ammon quasi Sodomorba, siccitas spinarum & acerui salis, & desertum usque in eternum. Reliqui populi mei diripient eos, & residui gentis meae possidebunt illos. Hoc eis eueniet pro superbia sua, quia blasphemauerunt & magnificati sunt super populum domini exercituum. Causa pro posse dicenda est, cur his nominibus haeretici designati sunt, uel ob quam similitudinem uocentur Moab & filij Ammon. De Iudaeis supra dictum est, quod recte uocentur Philistinum, uidelicet quia sicut ubi accesserunt filij Israel supra dictum est, quod recte re rubrum, Philistinum qui uicini erant mari, primi doluerunt, & primi bellum inferre parati fuerunt: ita ubi conditum est baptismi sacramentum, Iudaei, penes quos conditum est, primi uiderunt & inuiderunt, & primi contra fidem euangelicam persecutionem exercuerunt, mala potione. scilicet spiritu erroris inebriati, & insipientes secundum nomen Philistinum, quod interpretatur potione caedentes. De haeticis nunc dicendum, quod recte uocentur Moab & filij Ammon. Quia sicut Moab & filij Ammon, de consanguinitate Abraham descendunt, & tamen genus Abraham semper odit, ita haeretici in Christum se credere dicunt, & tamen Christianorum catholicam fidem subuertere semper conati sunt. Et quis hoc nesciat, quod de consanguinitate Abraham per incestum nati sunt Moab & filij Ammon? Dormierunt enim filiae Loth, nepotis Abraham cum patre suo, & maior quidem filia Moab: minor autem peperit Ammon. Et Moab quidem ex patre. Ammon populus turbidus interpretatur. Quis autem populus magis turbidus quam haeticorum coetus, qui alios turbida & coenulenta potant doctrina, uelut turbida aqua. Sunt etiam haeretici ex patre diabolo & quae ut Iudaei, quibus ipse dominus. Vos inquit ex parte diabolo estis. Igitur ut Philistinum ita Moab & filij Ammon. id est sicut Iudaei ita & haeretici in desertum erunt usque in aeternum, quippe qui deserentes deum, & a deo deserti, absque dubio peribunt in sempiternum. Audiui enim (ait) Moab opprobrium, & blasphemias filiorum Ammon. scilicet haeticorum, qui nimis exprobrauerunt populo meo, populo Christiano secundum exemplum Moab, & magnificati super terminos eorum secundum exemplum filiorum Ammon. Quod fuit exemplum Moab: Illud nimirum, quod fornicatus est populus cum filiabus Moab, quae secundum suggestionem Balaam uocauerunt eos ad sacrificia sua, & comederunt & adorauerunt deos earum, initiatusque est Israel Beelphegor. Magna fuit illud opprobrium Moab, & usque praesentem diem (ait Phinees) macula huius sceleris in nobis permanet, multique de populo corruerunt. Secundum illius opprobrium uel maculae exemplum fuit & est opprobrium haeticorum, siue haesiarcharum, quales Marcion, Cherinthus, Ebion, & Arius alijque qui plures extiterunt. In quo? In eo uidelicet, quod non per ignorantiam errauerunt: sed sicut ille Moab scierat, & praesente consilio, quatenus auxilio dei destitutum redderet Hierusalem effecit, ut initiaret Beelphegor, ita & isti scierat, quatenus populum ecclesiasticum omni ueritatis honore nudarent, & in perditionem traherent, turpia & probrosa singuli suorum dogmatum simulachra propalauerunt. Quod autem uel quale fuit exemplum filiorum Ammon? In quo illi priores super terminos Israel magnificati sunt: Tulit Israel (ait) rex filiorum Ammon, terram meam, quando ascendit de Aegypto. E contra Iepthe dux Israel. Non tulit Israel terram Moab, nec terram filiorum Ammon: sed dominus deus subuertit Amorraeum, pugnans contra illum, pro populo suo Israel, & tu nunc uis possidere terram eius? Nonne ea, quae possedit Chamos deus tuus, tibi iure debentur? Quae autem dominus deus iter uictor obtinuit, in nostram cedent possessionem. Disceptatio tunc fuit uehemens contra filios Ammon, eo modo magnificantes se super terminos Israel. Sed & ante hoc copulati regi Moab possiderat Israel, atque possederat urbem palmarum. Secundum illius disceptationis exemplum iugiter atque pertinaciter haeretici contra catholicam ecclesiam disceptationem habuerunt, & super terminos eius magni

Cur haeretici dicuntur Moab & filij Ammon.

Gene. 19

Iohan. 8

Num. 25

Iosue. 22

Filij Ammon

Iud. 11

Iud. 3

In quo haeretici lapsi sunt filij Ammon

k magni

Alia ones up lu an & noe admi agri upu, uam edet ulciu equi, comi et u lani, caci eni ueu ita Am reu miff



magnificati sunt, super terminos fidei quos patres nostri prophetae & apostoli posuerunt, ad  
 hincendo aliquid super positionē, uel diminuendo quippiā depositiōe illoꝝ, non timentes illi  
 lud quod in Apocalypsi scriptū est: Si quis adiecerit supra hæc, adiciet deus supra illum pla  
 gas quæ scriptæ sunt in libro hoc: & si quis diminuerit de uerbis libri prophetiæ huius, auferet  
 ret deus partem eius de ligno uitæ, & de ciuitate sancta. Nonne & in Psalmo scriptū est: Pos  
 stula à me, & dabo tibi gētes hæreditatē tuā, & possessionem tuam terminos terræ: At illi cō  
 essent in partibus terræ, alij in Asia, alij in Europa, alij in Aphrica contra semetiplos diuisi,  
 & contra catholicam ecclesiam cōiuncti, singuli suas partes constituere pro catholica eccle  
 sia cōtendentes, non paræ ecclesiæ terminos, quantum in ipsis fuit, diminuerunt, claudere uo  
 lentes in parte possessionē Christi præfinitam usq; ad terminos terræ. Ita super terminos po  
 puli dñi magnificati sunt, & exprobrauerunt, & blasphemauerūt. Propterea uiuo ego, dicit  
 dñs exercituū, deus Israel: quia Moab ut Sodoma erit, & filij Ammon quasi Gomorrhæ.

Apoca. 22

Psal. 2

Quid erunt  
 hæretici

Matth. 5

Ibidem. 7

Ibidem. 10

Ibidem. 12

1. Timo. 3

Deu. 23

Hæreticorū  
 liberi, sicut  
 uxor Loth  
 Gene. 19

Peccatum hæ  
 reticorum ir  
 remissibile

Matth. 12

1. Pet. 1.

¶ Quid erit Moab ut Sodoma, & qd erūt filij Ammon quasi Gomorrhæ? Sicitas spinarū  
 & acerui salis, & desertū usq; in æternū. Ad qd ualet siccitas spinarū, nisi ut mittant in ignem  
 uel submittat eis ignis, ut ardeāt? Et ad qd ualet aceruus salis, pferunt in statuati, nisi ut mittat lo  
 ras, & cōculcet? Igit qd dicit, hoc est, qm ipsi sunt spinæ, de qbus nō colligunt ficus, & rubus  
 de q nō uindemiāt uua, tradent igni ut Sodoma, & quasi Gomorrhæ, imō tolerabilis erit ter  
 ra Sodomorū & Gomorrhæorū in die iudicij, q illis, q nō receperūt uos, ait dñs, neq; audie  
 runt sermones uestros. Qd si illis ita erit, q nō recipiūt, neq; audiūt, quāto magis hæretici, q  
 insidiosè recipiūt, & insidiosè audiunt, ut dum pfitent partē, possint subuertere totū. Inste igit  
 tur & desertū (inquit) erunt usq; in æternū. i. peccatū eorū non remittet eis, neq; in hoc secul  
 lo, neq; in futuro, quod uere est esse desertū: quia uidelicet extra domū dei, quæ est ecclesia  
 & Moabites, etiā post decimā generationē, nō intrabūt ecclesiā dñi in æternū. Qd & si quid  
 aliqñ sapidū locuti sunt, aut scripserūt, qm & acerui salis fore dicti sunt: reliquæ (inquit) po  
 puli mei diripient illos, & residui gentis meæ possidebūt eos. Nec mirū, si inter mortuorū &  
 morientū hæreticorū monumenta quippiā reperitur quo uelut sale uiri catholici bene utant  
 dū in typū illorū uxor Loth, q̄ uia fuit istorū filiorū Moab & filiorū Ammō, ita mortua fue  
 rit, ut mortua uerteret in statuā salis. Est quidē salis natura ad oēm escā necessaria, pulmentis  
 enim saporem dat, auiditatem excitat, Quinetiam pecudes, armenta, & iumenta sale maxime  
 prouocantur ad pastum, multo largiores lacte, multoq; gratiores casei dote. Sed & illa uer  
 sa in statuam salis, pecudibus, armentis, siue iumentis lingentibus eo modo proficere potant,  
 nunquid & sibi met sapuit? Sic nimirum quicquid, siue utiliū historiarū, siue moralū doctri  
 narum, siue allegoricarum expositionū scripserunt, nihil eis proderit, sed reliquæ populi do  
 mini diripient codices illos, residui. i. non perditū pueri, gentis dñi, uiri ecclesiastici, lectores et  
 auditores catholici possidebunt eos, legent eos, ut legunt Iudæi cuiuspiam opus grande uel  
 paruum, utputa Iosēphi, uel cuiuslibet cæterorū. ¶ Hoc (inquit) eis eueniet pro superbia sua  
 quia blasphemauerunt, & magnificati sunt super populum dñi exercituū. Cum multa sint  
 peccata, quoddam peccatum certum est, propter quod hæretici desertum fuerunt (ut supra  
 iam dictum est) in æternum. Hoc est superbire, & non per ignorantiam, sed per superbiam,  
 seu per inuidiam contra ueritatem dei uerba proferre. Nam omne peccatum (ait Domini  
 nus) & blasphemia remittet hominibus: spūs autē blasphemiae nō remittet. Et quicumq; dixerit  
 uerbū cōtra filiū hominis, remittet ei, qui autē dixerit cōtra spm̄ sanctum, nō remittet ei, neq; in  
 hoc seculo, neq; in futuro. Tanti huius peccati reus ille addicitur, qui sciens ueritatē dei, potius  
 ingenij uiribus ecōtra nititur: & tunc demū uerbū dicere cōtra spiritū sanctū cōiunct, quā  
 do uerba scripturæ, quæ utiq; uerba sunt spūs sancti, intelligens, imō intelligere nolens, con  
 traria loquit. Quid igit aliud astruit hic sermo ppheticus, dicēdo: Hoc eis eueniet p superbia  
 sua, quia blasphemauerūt, nisi qd in Euāgelio suo cōfirmat ipm̄ uerbū incarnatū. Sequitur  
 L. Horribilis dominus super eos, et attenuabit oēs deos terræ, et adozabunt eum  
 uiri de loco suo: omnes insule gentium. Vere infelices super quos dominus horribilis  
 est. Vnde enim hoc? Nōne deus natura dulcis & suauis est, & ad uidentū serenus & detest  
 rabilis, utpote in quē desiderāt angeli p̄spicere, miro atq; ineffabili modo semp̄ prospiciēt  
 & tempe



IN SOPHONIAM PROPHE. CA. II. Fo. CXCIII

& semper prospicere desiderantes? Ergo infelices nimis, quibus pro conscia contigit horre  
re facie pietatis, & sic perire à facie dei, sicut fluit cera à facie ignis. Iam ista uita miseri horrore  
illam sentiunt, & nescio quam in consolationem doloris sui negant esse quod esse sciunt, tan  
quam hoc destruat uel destruere possit ueritatem, qd eã ipsi in mendacio detinent. ¶ Et atte  
nuabit inq̄t omnes deos terræ. Hic subaudiendũ, uel subintelligendũ, q̄ semetipsos deos fe  
cerunt. Sunt em̄ dñi terræ, sup quos nō est horribilis, & q̄s nō attenuabit dñs, uidelicet illi de  
gbus Psalmista, cum dixisset: Principes populorũ cõgregati sunt cũ deo Abraham, subiunxit  
qm̄ dñi fortes terræ uehementer eleuati sunt. Et est sensus: Quoniam prædicatores, qui in  
primis erant terra, facti dñi & filij excelsũ, facti fortes per fidem & per bona opera, uehemen  
ter eleuati sunt per miracula, & ita factũ est, ut multi ad fidem generarent, multi de principi  
bus quoq; i. regibus, alijsq; pontificibus cum deo Abraham credendo congregarentur. Igi  
tur de illis solummodo hic agitur, qui semetipsos deos fecerunt: quia præmissum est de sup  
bia eorũ, & magnificati sunt super pplm dñi exercituũ, & eodẽ modo hic dicunt dñi, quo in  
Canticis canticorũ sodales dei, & dñi nostri Iesu Christi: Indica mihi quẽ diligit aia mea, ubi  
pascas, ubi cubes i meridie, ne uagari cupiã post greges sodaliũ tuorũ. Isti dñi isti sodales dñi, q̄  
nisi hæretici sunt, de gbus hic sermo est sub noibus Moab & filiorũ Ammon: Sup eos pla  
ne horribilis dñs, & attenuauit magnificentiã illorũ, quia & si in breui magnificati sunt super  
pplm dñi exercituũ, quasi sterquiliniũ in sine pditi sunt, & taliũ cuiusq; melle, si qua fuit, co  
medit famelicus, & ipm rapuit armatus. Illis attenuatis adorabũt inq̄t dñm uiri, de loco suo  
oẽs insulæ gentiũ. Dicitũ hoc, & dicendũ cũ substannatõe aduersus eiusmodi deos, q̄ iam nō  
habẽt locũ suũ, imò q̄s iam nō intuebit locus eorũ uel cognoscet amplius, sicut p̄ beatũ Iob di  
citur: quia sicut cõsumitur nubes & p̄transit, sic q̄ descenderit ad inferos, nō ascẽdet, nec re  
uertet ultra in domũ suã, nec q̄ cognoscet eũ amplius locus eius. Viri isti, q̄ nō deseruerunt lo  
cum suũ, oĩes insulæ gentiũ, i. oĩes ecclesiæ, quẽ cõstitũt in medio gentiũ, sicut insulæ, q̄  
uis marinis fluctibus undiq; tundant, stant, & locũ suũ nō deserũt, adorabũt de loco suo dñm  
& hunc crucifixum deũ & hoĩem Iesum Christũ. Locus eorũ apud ipm deum est, sicut ipse  
ad Moisen: Ecce inquit est locus apud me, & stabis supra petrã &c. Locus ille humilitas e  
sicut Psalmista testat, dicens: Si non Moses electus eius sterisset in confractõe, i. in nimia me  
tis humilitate in cõspectu eius. Locũ hũc hæretici nō inuenisse arguunt, q̄bus hoc, quod ha  
cenus dictũ est: eueniet inquit pro supbia sua: quia blasphemauerũt & magnificati sunt su  
ppplm dñi exercituũ. Sequit. **L Sed ⁊ uos Aethiopes interfecti gladio meo eritis.** I  
tam superius dictũ est triplices esse ecclesiæ hostes, s. Iudæos, hæreticos, atq; paganos, & Iu  
dæos sub nominibus Chanaan & Philistinorũ: hæreticos aut sub nomibus Moab & filiorũ  
Ammon: paganos uero hic designari sub noie Aethiopũ. Cur paganos sub nomie Aethio  
pum: Quia uidelicet sicut pellis Aethiopica magis q̄ cæterarũ gentiũ nigra est, ita paganorũ  
magis q̄ Iudæorũ, aut hæreticorũ impietas nota est. Si quidẽ Iudæi atq; hæretici quodã diuini  
nois cãdore, ut cũq; se palliauerũt, pagani nō unũ deũ, sed multa dæmonia publico errore co  
luerũt. Igit nō soli Chanaan & Philistinũ, & Moab, & filij Ammon: sed & uos inq̄t Aethi  
opes interfecti gladio meo eritis, i. nō soli Iudæi atq; hæretici, q̄ legẽ acceperũt, sed & uos pa  
ganisue gentiles eiusmodi legẽ nō habẽtes, iudicio meo cõdemnabimini. Nō em̄ est distin  
ctio apud deũ. Quicũq; em̄ sine lege peccauerũt, sine lege peribũt, & q̄cunq; in lege pecca  
uerũt, p̄ legẽ iudicabunt. Sequit adhuc. **L Extendet manum suam super aquilonẽ, ⁊ per  
det Assur.** Nō est in sanctis, p̄pheticis scripturis, noie aquilonis, & noie Assur diabolũ  
significari. Ipse aut. s. diabolus, inimicorũ caput est, & sicut caput mēbris, ita cũctis præminet  
inimicis, sup quos euaginatũ est gladius dñi, de quo & hic nũc dictũ est. Et uos Aethio  
pes interfecti gladio meo eritis, statimq; subiunctũ, Extendet manũ suã sup aquilonẽ, & p̄det  
Assur, & in cãtico Deuteronomij p̄misso: Si acuro ut fulgur gladiũ meũ, & arripuerit iudi  
cũ manus mea, reddã ultionẽ hostibus meis, & his q̄ oderũt retribuã. Inebriabo sagittas me  
as sanguine, & gladius meus deuorabit carnes, ita demũ subditũ est, de cruore occisorũ, & de  
manu inimicorũ capitis, ita hic & illic, uerbis qdẽ diuersis, sed eodẽ sensu oim impiorũ, & ipsi  
us diaboli dãnatio, certa & ineuitalis denũciat. Fuerit qdẽ carneus Assur, i. gẽs Assyriorũ, & ipsi  
q̄ circa huius p̄phetiæ t̄p̄a solutũ est imperiũ, & Ninioe metropolis eiusdẽ iperij, quam sub  
uertunt

Psal. 67  
Dii terræ, bo  
ni.  
Psal. 46  
Dii terræ mali  
Cant. 1  
Iob. 7  
Insulæ gentiũ  
um ecclesiæ  
Christi.  
Exo. 33.  
Psal. 105  
Cur Pagani  
hic Aethio  
pes dicuntur  
Assur diabolus  
dicitur  
Deut. 32  
Carneus Assur  
cuius erat  
Ninioe





COMMENT. RVPER. ABBA. LIB. II.

uerterunt Chaldaei, de qua & protinus dicit. **L** Et ponet speciosam in solitudinem, & in  
 inuium quasi deferrum, & accubabunt in medio eius greges, omnes bestie generum,  
 & Onocrotalus, & Ericius in liminibus eius morabuntur. **V**ox cantantis in fene  
 stra, coruus in superliminari, quoniam attenuabo robur eius. **H**ec est ciuitas glori  
 oiosa habitans in confidentia, quae dicebat in corde suo. **E**go sum, & extra me non  
 est alia amplius. **Q**uomodo facta est in desertum cubile bestiae? **O**mnis qui tran  
 sit per eam sibilabit, & mouebit manum suam. **I** Fuerit (inquam) & ille carneus Assur, &  
 ciuitas Niniue, quae hic appellatur speciosa, & facta à Babylonis tanta eius uastitas, ut ex illis  
 uerbis datur intelligi, Onocrotalus & Ericius in liminibus eius morabuntur, uox cantantis in fene  
 stra, coruus in superliminari, quae indicia sunt solitudinis. **V**eruntamen res, quae in parte ge  
 sta est, intelligentiam eorum, quae in toto futura sunt, non destruit, imò magis altruit, cum per  
 sta est, intelligentiam eorum, quae in toto futura sunt, non destruit, imò magis altruit, cum per

1. Cor. 7

experimenta magna & urbium, quae destructae sunt, & quia secundum similitudinem, scilicet Niniue atque Babylonis, tor  
 ritati, quia praeterit figura huius mundi, & quia secundum similitudinem, scilicet Niniue atque Babylonis, tor  
 ritati, quia praeterit figura huius mundi, & quia secundum similitudinem, scilicet Niniue atque Babylonis, tor  
 ritati, quia praeterit figura huius mundi, & quia secundum similitudinem, scilicet Niniue atque Babylonis, tor

Vox impiorum  
 qui non credunt  
 aliam post hanc  
 uitam.   
 Supra, 2

in presentibus considerare, nullamque post hanc aliam uitam credere uel sperare. **I**mpiorum est ita existimare  
 qui (ut Sapia perhibet) dixerunt apud se cogitantes non recte. **E**xiguus & cum tædio est rebus  
 uitae nostrae, & non est refrigerium in fine horum, & non est, qui agnitus sit reuersus ab inferis, quia  
 ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus, tanquam si non fuerimus. **V**enite ergo, & fruamur bonis  
 quae sunt, & ubique relinquamus signa laetitiae, quoniam haec est pars nostra, & haec est sortis. **C**um  
 haec & his similia dicit in corde suo impiorum uniuersitas, quid nisi speciosa ista ciuitas Assur,  
 uniuersa cupiditas mundi huius loquitur: **E**go sum, & extra me non alia amplius. **A**t uero omnis  
 qui transiit per eam, qui cum Abraham, & Isaac, & Iacob patribus sanctis consistet, quod peregrinus sit &  
 aduena super terram, & non uult hic habere manentem ciuitatem, sed futuram inquiri, cum uiderit, quod

Heb. 43

Onocrotalus, Ericius, & coruus possidebunt speciosam hanc, non iam speciosam, ut nunc uidetur  
 sed desertam, ubi praeterit figura huius mundi, sibilabit & mouebit manum suam, id est nec allocutione  
 dica consolatione digna iudicatis, solo nutu, uel gestu oris & manus suae despiciet, & sublimabit

CAP. III

ea. **S**equitur. **L** **U**ocatrix, & redempta ciuitas. **C**olumba non audiuit uocem, &  
 non suscepit disciplinam, in domino non est confisa. **A**d dominum deum suum non  
 appropinquauit. **P**rinces eius in medio eius, quasi leones rugientes. **I**udices  
 eius quasi lupi uespere, non relinquebant in mane. **P**ropheta eius uesani, uiri infideles  
 deles. **S**acerdotes eius polluerunt sanctum, iniuste egerunt contra legem. **I** Super  
 quam cepit intetio iudicij, dicendo: **E**t extendam manum meam super Iudam, & super omnes habitantes

Prouocatrix  
 ac redempta  
 ciuitas Hieru  
 salem, quae  
 olim columba  
 ba.

Hierusalem, super eandem ciuitatem, & cum summat, dicendo: **V**ocatrix, & redempta ciuitas. **Q**uae  
 enim alia ciuitas a deo puocatrix, quam passim, & ferè ubique sancta scriptura dicitur puocasse ar  
 guit. **I**psa puocatrix, ipsa redempta, & tanto danabilior puocatrix, quanto pluribus redempta bñf  
 cijs. **P**rouocatōes eius magna cum admiratōe hic denarrant, cum in primis colūba ipsa noiat, &  
 deinde leonū ferocitatē, uel habuisse, uel habere declamat. **C**olūba inquit, non  
 audiuit uocē, & non suscepit disciplinā, hoc dicere est, mansueta quondam ciuitas uel gēs rebel  
 lis facta est, incorrigibilis pseuerat. **Q**uid enim mansuetius Abraham, Isaac, & Iacob, ceterisque pa  
 tribus, Moise & Dauid, ceterisque sanctis & prophetis uel iustis hominibus? **S**i illos & uniuersam  
 illius gētis uel ciuitatis electionē consideres, recte nimis ciuitas colūba dicta est. **E**cce contra, si illos  
 attēdas, qui prophetas & iustos homines occiderunt, qui deum dereliquerunt, & Baal, ceteraque portenta  
 coluerunt, & alia sacrilegia commiserunt, ueraciter dicas quia non audiuit uocē, & non suscepit di  
 sciplinā, in dño non est cōfisa, ad dñm deū suū non appropinquauit. **I**te si attēdas, quod iterum in  
 dñm eadem ciuitas egerit, quō generatio mala & adultera illū occidēdo mēsurā patrū super  
 pleuerit, recte dictū aiaduertis: **P**rinces eius in medio eius quasi leones rugientes, iudices  
 lupi uespere, non relinquebāt in mane, ppheta eius uesani, uiri infideles sacerdotes impollue  
 runt sanctū, iniuste egerunt cōtra legē. **Q**uis non meret haec, de ea quae fuit, uel esse debuit colūba



Quomodo leones columba genuit: quomodo lupos enutriuit: quomodo uelanos fouit, quomodo infideles educavit: quomodo de pullis suis tales sacerdotes dedit, qui polluerent sanctum, qui quali secundum legem maledictum faceret sanctum sanctorum? Dixerunt enim: Ecce lex dicit: quia maledictus a deo est ois, qui pedet in ligno. Hic autem dicit, quod sit sanctus, quod sit ipse benedictus, de quo Psalmus dicit: Benedictus qui uenit in nomine domini. Appedamus ergo eum in patibulo, & erit non benedictus, sed maledictus: erit non sanctus, sed pollutus tanquam leprosus. Hoc modo polluerunt sanctum, & ita polluentes sanctum: nimis iniuste contra legem egerunt. Lex enim ita dixit, ita permisit, quoniam peccauerit homo, quod morte plectendum est: demum ita subiunxit: & adiudicatus morti suspensus fuerit in patibulo. At ille homo non peccauerat, quod morte plectendum esset, immo sanctus erat, & sanctus est. Ergo polluedo sanctum, suo iudicio constituedo maledictum, quem constat esse benedictum, iniuste egerunt contra legem, dum uolunt impietatis suae patronam facere legem. **Dñs iustus in medio eius, non faciet iniquitatem.** Mane mane iudicium suum dabit in luce, & non abscondetur. Illi nimis iniuste egerunt, illo modo polluentes sanctum, & eum qui benedictus est, uolentes constanter esse maledictum, sed dominus iustus in medio eius, non faciet iniquitatem: neque enim iniustus est, aut esse potest, uel iniustam dare aut scribere legem. Nonne esset iniquitas, si maledictum esse concederet homini, ex sui patibuli poena, non precedere patibuli causam? Non faciet, nec fecit hoc, non sequitur tale sacerdotum iudicium, neque dedit sacerdotibus tale legis decretum. Praemisit causam, quare do peccauerit homo quod morte plectendum est, & deinde subiunxit: & adiudicatus morti, suspensus fuerit in patibulo, quod a iustitia uel aequitate non discrepat: & deinde quod miseratiois est, non iniquitas permanebit cadaver eius in ligno: sed in eadem die sepeliet, semper quippe moriturus sepeliri, uel sepultura non carere optabile fuit, mira pro causam huius cesurae subdidit: quia maledictus a deo est, ois qui pedet in ligno, & nequaquam contaminabis terram tuam, quam dominus deus tuus dederit tibi in possessione. Miro modo dicit sacerdotes dum sanctum polluerent tatis lex contra quam iniuste egeritis, uos in astutia sua comprehedit, ita ut & illam facere maledictum non possitis, nec insepultum relinquendo contaminare terram corporis sancti, immo & ois in mundo, uobis nescitis. pro uos puissimum fuit, sepeliendo resurrecturum principem & auctorem resurrectiois. Non igitur faciet iniquitatem dominus iustus, non consentiet uobis lex domini iusti, non erit uestri similis sicut uos existimastis iniqui. Sed quid? Mane mane iudicium suum dabit in luce, & non abscondet. Vos iudicium uestrum dedistis nocte super sanctum, clamando quod esset reus mortis, pro eo quod non negauit se esse sanctum dei, quod uobis interrogantibus confessus est se esse Christum filium dei benedictum: dominus autem mane dabit, mane manifestum faciet iudicium suum, de illo sancto quale sit, & hoc in luce: ita ut non abscondat. Dicit enim illi: Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara, atque ille respondit: exurgam diluculo, & ita fiet. Ita iudicium suum dabit mane, & dabit in luce, & non abscondet, immo in oem terram exhibit sonus, & in fines orbis terrae audiet, quod longe aliter, & dissimiliter a uobis iniustis, de illo sancto suo iudicet dominus iustus, in medio uestrum uobis uidentibus & audientibus & pro iniusto iudicio poenas exoluentibus? **Mesciuit autem iniquus confusione:** Et hoc admiratiue dicitur est, & reuera miranda est impudentia, non erubescere uel confundi, manifesto in tanta clara luce iudicio dei de causa illius sancti, iuxta quod cecinit Psalmista: Iudica me deus, & discerne causam de gente non sancta. Eodem modo hic dicitur est: nesciuit iniquus confusione, cui & apud Hieremiam, dominus ait: **Frös mulieris meretricis facta est tibi, erubescere noluit.** Ita ac si quaeras, quomodo uel quod agendo deus dedisti in luce iudicium tuum, ita subiungit: **Disperdidi gentes, & dissipati sunt anguli eorum. Desertas feci uias eius, eo quod non sit qui transeat. Desolatae sunt ciuitates eorum, non remanente uiro nec ullo habitatore.** Hoc inquit est iudicium meum, propter sanctum quem polluerunt, & ita manifestum ut iam nemo sit qui interroget, scientibus & uidentibus cunctis: quia disperdidi illos qui tanta iniuste egerunt, & non paucos, sed tanta multitudine, ut recte dixerim gentes: quia primum ciuitates oes, & subiectos pagos, tribus oes, & diuersa confinia, tandemque ipsam metropolim Hierusalem disperdidi. Hoc est quod ait disperdidi gentes, & dissipati sunt anguli, id est principes earum, immo leones earum lupi earum, sicut iam dictum est. Olim celeberrima ciuitas & templum, quod nihil erat in toto mundo augustius, quomodo frequentabat: quomodo uiae eius confluentibus turbis populorum stipabant? At nunc desertas fecit illas, eo quod non sit qui transeat, & sicut in uero iudicio dixi: **Ecce relinquet uobis domus ustra deserta, ita in uero iudicio feci, quod desolatae sunt ciuitates, non remanente uiro, nec ullo habitatore.** Nunquid autem hoc nimis propter egeri, & patientiam nullam exhibui: immo tacui, diu

Quomodo polluerunt sanctum  
Deur. 27  
Psal. 117.

Lex de suspensio in patibulo

Matth. 26.

Psal. 107

Psal. 42

Hiere. 3

Matth. 23

Esa. 42.





COMMENT. RUPER. ABBA. LIB. II.

filii, patiens fui. **L. Dixi:** Attamen timebis me, suscipies disciplinam, & non peribit habitaculum eius propter omnia in quibus visitavi eam: **Teruntamen diluculo surgentes, corruerunt omnes cogitationes suas.** Sensus hic est: Nisi prophetas meos confurgens diluculo, & ad poenitentiam puocans, dixitq; feci quod tibi haec oia Hierusalem, sed feci ut timeres me, & susciperes disciplinam, & non periret habitaculum tuum, hoc est templum, propter oia scelera quae gesseras. At e contrario habitatores Hierusalem, me eos ad poenitentiam puocante, quasi de industria & ex contentione diluculo surrexerunt, ut festinatione qua ad me redire debuerat, coplerent oes cogitationes suas, & ope demonstrarent quod me te coneeperat. Itaq; quod ait, dixi, attamen timebis me, suscipies disciplinam, quoniam non est factum, quod dixit, cum significatio dubitatis intelligendum est, ac si diceret: Dixi, forsitan timebis me, forsitan suscipies disciplinam, mandavi Prophetis meis, dicens: loquimini ad eum uerba mea, forsitan audiet & timebit, uel quiescet & non peribit habitaculum eius, quod futurum est, nisi timuerit me, nisi susceperit disciplinam. Solet enim deus interdum loqui cum significatio dubitatis, cum apud eum nihil dubium sit. Filius hominis, ait ipse ad Ezechiel, dices ad filios Israel, haec dicit dominus deus: si forte audiant, uel si forte quiescant, quoniam domus exasperata est. Item: Loqueris ergo uerba mea ad eos, si forte audiant, & timeant uel quiescant, quoniam irritatores sunt. Quod autem ita, quasi dubius loquitur, eodem modo est ad eos uel propter eos, quod dubij sunt uel esse possunt, nisi experiant, nec iudicia dei iusta uenturam, nisi experimento didicerint, incorrigibiles eos fuisse, quos spreuit aut iudicauit deus. **Segl.** **L. Quapropter expecta me, dicit dominus in die tribulationis meae in futurum, quia iudicium meum, ut congregem gentes, & colligam regna. Et effundam super eos indignationem meam, & omnem iram furoris mei. In igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra, quia tunc reddam populis labium electum, ut inuocent omnes nomen domini, & seruiant ei humero uno.** Postquam super impios & peccatores, & illam quae puocatrix merebat dici Hierusalem, sa ueritate iusti iudicij declamauit, nunc tandem ad eam conuertitur quae habet aurem fidei, & ea quae sunt gratiae, familiariter inueniat illi, quae uocat & filiam Sion, nuncupat Israel, nominat filiam Hierusalem: lauda, inquit, filiam Sion, iubila Israel, laetare & exulta in omni corde filia Hierusalem, & caetera usque in finem, quae ita concludit: dabo enim uos in laudem, & in nomen omnibus populis terrae, cum conuertero captiuitatem uestram, coram oculis uestris dicit dominus. **Quapropter (inquit) quoniam sicut in initio dixi congregabo oia, a facie terrae, i. oia traham ad me, s. i. die resurrectionis meae, postquam fuero exaltatus a terra & haec oia quae dicta sunt: faciam super eos qui me non expectant, qui in me non credunt, tu expecta me, tu crede & spera in me, in die resurrectionis meae in futurum, i. ex qua die resurgam a mortuis, usque in diem nouissimum: quia tunc faciam iudicium, & hoc erit iudicium meum, ut congregem gentes, & colligam regna. Tunc enim sedebit filius hominis in sede maiestatis suae, & ueniet oes angeli cum eo, & congregabunt ante eum oes gentes. Expecta me in die resurrectionis meae, illuminatos habes oculos clara & certa fide resurrectionis meae, quae qui non credit, non est in die, sed in nocte. Expecta me memor illius dicti angelorum testium meorum, sic ueniet, quemadmodum uidistis eum euntem in caelum. Cum dicit ut congregem gentes, & colligam regna, subauditur a sinistris. Sequitur enim: Et effundam super eos indignationem meam, & omnem iram furoris mei, uidelicet dum dicam eis: Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. In igne enim zeli mei deuorabitur ois terra, i. oes imagines, quae caelum non respicientes, cum caetera terrena gesserunt opera tam qui sine lege, quam qui in lege peccauerunt. Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt, & quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabunt. Tu autem deo xristus eris, cum hoc audiu, uenite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi, & tu eris tunc illa regina, de qua dicebat mihi: Assitit regina a dextris tuis. Quia tunc reddam populis labium electum, tunc retribuam populis fructum labiorum nomini meo contentium, quia uidelicet nomini meo confiteri, hoc est habere labium electum, labium mundum uitae aeternae, & cantici sempiterni retributione dignum. In quo reddam illis? In eo ut inuocent oes nomen domini, & seruiant ei humero uno. Num parua est ista redditio? Aut nunquid parum est illic inuocare nomen domini, & seruire domino. Immo magnam atque magnificam, & omne exuperans desiderium, licet est inuocatio & seruitus bonum. Hoc Psalmista sciens cum dixisset: Illuc enim ascenderunt tribus domini, testimonium Israel, hoc subiunxit, ad confitendum nomini domini, & magnificentiam dicere**

Ezech. 7.

Johan. 12.

Matth. 27.

Actu. 1.

Matth. 27.  
Omnis terra,  
id est, omnes  
impii

Rom. 2.

Psal. 44  
Labium electum.

Deo seruire i  
caelo, grande  
praemium est  
Psal. 121



dicere non potuit, & in Apocalypsi unus de senioribus dicit Iohanni: hi sunt qui uenerunt de  
 tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni: ideo sunt an  
 te thronum dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius. Igitur non ut ibidem litera sonat regnum  
 illud uel ciuitate dei uiuentis Hierusalem celestem, Christianus uel spiritalis homo existimet,  
 aut existimare debet auro strata, gemisq; aut margaritis, pstrata: quia uidelicet non in auro aut la  
 pidibus preciosis: sed in confessione nominis domini, & in seruitio eius est regnum dei. ¶ Serui autē  
 illic seruitio pfecto, qd mira breuitate Propheta hic innuit, cum dicit humero uno. Quid nā  
 est humero uno, nisi corde indiuiso. Non ita hic in isto exilio, ubi dispositi sumus ad seruien  
 dum eidē dño. Multae nāq; sunt huius mundi uarietates, & animus mortaliū, quis iustorū atq;  
 perfectorū, uix una hora secū totus est. Nō ergo aut esse pōt hic qd pmissit illic. Sciendū est  
 autē & manifestius dicendū, quae causa faciat ut possit illic seruii humero uno, humero indi  
 uiso. Quae nam illa est? Videlicet quia ciuitatis illius regni illius rex & dñs, unus & solus est,  
 unus deus pater & filius & spūs sanctus est indiuisus, & inseparabilis Imperij rex, & hic idē  
 ipse est, idem pmanet in cōmutabilis substātiā, & inuariabilis animi est, & una semp triū pfo  
 narū unius dei uoluntas est. Hinc indiuisum imperiū habet, quia indiuisus & inuariabilis ipse  
 est, iuxta illud ab ipso dictū: Ego sum qui sum. Proinde quod hic dicit, ut inuocent omnes no  
 men dñi, & seruient ei humero uno, nihil aliud esse arbitror, quā quod fuerat in Psalmo di  
 ctum, cōmutato dūtaxat ordine sententiā. Cuius participatio eius in idipm: Illuc enī ascē  
 derunt tribus tribus dñi testimoniū Irahel ad confitendū nomen dñi. Nam inuocare nomē  
 dñi, quid aliud est, nisi cōfiteri nomini domini. Et huic domio humero uno seruire, qd aliud  
 est, nisi participatio eius in idipm. Sequitur. **L. Ultra flumina Aethiopiae inde supplices**  
**mei, filij disperforum meorum deferent munus mihi.** ¶ Si ita dixisset: quia tūc reddā po  
 pulo meo labiū electū, ut inuocet nomē domini, putaret ut cōtēderet Iudaeus de se tñmō eē  
 dictū, ut contēdere solet, quasi Iudaeorū sit deus tñm & nō etiā gentiū. Nūc autē cū dicit: reddā  
 populis negare nō pōt, quin & de alijs cura deo sit, qd etiā aliunde iam dudū prouiderit sibi de  
 us confessores nominis sui, & ita est. Nam ultra (inquit) flumina Aethiopiae, i. in fines orbis  
 terrae, subauditur: exhibit sonus praedicationis Euangelicae: & inde o filia cui loquor, cui dico,  
 expecta me, & cui protinus dicturus sum: lauda filia Sion, laetare & exulta in omni corde filia  
 Hierusalem: deinde in qua, de finibus terrae supplices mei, i. Apostoli, deferent mihi munus di  
 sperforū meorū, i. dispersos meos congregabunt in unū, quod mihi utiq; erit munus magnū,  
 hoc sciens Euangelista, cum esset (inquit) Caiphas pontifex anni illius, prophetauit: quia Ie  
 sus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios dei, q erāt dispersi, cōgre  
 garet in unū. Hoc o tibi filia pro magna cōsolatōe dictū est, quia si ex te exierunt, qui tui esse  
 debuerunt, filij scelerati, semen nequā, nihilominus multiplicaberis, & in filijs laetaberis, qui  
 pfecto ueniēt de longe, quod magnifice significat, dicēdo: ultra flumina Aethiopiae, nō qd  
 de sola debeant Aethiopia uenire cum per aliū prophetā dixerim: Ecce isti de longe ueniēt  
 & ecce illi ab aquilone & mari, & isti de terra australi, sed qd uniuersitas gentiū ppter tene  
 bras, in qbus erāt, ignoratiā, & ppter psecutionē principū uel tyrānorū recte significetur, p  
 impetus fluminū, & per nigredinē Aethiopiae. Simul & plurimū laudis dat supplicibus suis  
 qd trāsmearē debeāt flumina Aethiopiae, & deinde sibi disperforū suorū munus deferre, id ē  
 oim persequentū tyrānorū sauitiā exuperare, & eccliam sibi de gentibus adducere, scdm  
 typū qui in eo pcessit qd regina Saba uenit à finibus terrae audire sapiam Salomonis. Nun  
 quid autē o filia semp nigri erūt illi Aethiopes supplices mei, aut tu sp Aethiopiissa eris, ut sit  
 semp unde erubescere possis? Imò audi qd sequitur. **L. In die illa non confunderis super**  
**cunctis adinventionibus tuis, quibus prouaricata es in me, quia tunc auferam de**  
**medio tui magniloquos superbie tue, & nō adicies exaltari amplius in monte san**  
**cto meo.** ¶ Magna pmissio, magna cōsolatio. Nūc interim anteq ueniat dies ille, dies resut  
 redōis meae, cōfunderis, & nō abiq; re, cū dicis & cōfiteris ueraci cōfessioe quippiā tale, ut est  
 illud Esaiā: Sicut pānus mēstruatā oēs iustitię nostrę. At uero in illa die ita nō erit, psertim  
 cū ut fiet, qd nūc pmitto tibi in pphetis & in psalmis, quia erit fons patēs domui Dauid, & ha  
 bitatibus Hierusalem in ablutionē peccatoris & mēstruatā. Vñ & Dauid bona spe exultās in  
 spū sancto: Asperges me (inquit) hyssopo & mundabor, lauabis me & super niuem dealbabor.

Apoca. 7

Seruire hūe  
ro uno,

Exo. 3

Psalm. 118

Rom. 3

Iohan. 11

Esa. 1

Esa. 49

3. Reg. 10

Esa. 64  
Zach. 13

Psalm. 50





**Pfal. 33** Equidem quāuis & alibi dicat: Accedite ad eum & illuminamini, & facies uestrae nō confundentur: tamen in praesenti uita, quā uiuatur mortali conditione, & nondum plenus est in re dies ille resurrectionis meae, erubescis modo quodā, iuxta illud, quē ergo fructū habuisti, tunc in quibus erubescitis nunc, sed ista confusio gloriam adducit, & ipsa omnino succedente gloria petransibit. Cum em̄ uenerit plenitudo illius diei, plenitudo meae resurrectionis, cū resurrexerint membra, sicut caput resurrexit, nunquid recordatio praeteritae nigredinis quae afferet confusiois. Im̄o locupletissima erit materia cantationis ipsa miseriarum recordatio, iuxta illud: Misericordias dñi, in aeternum cantabo. Nunquid uel alius quā ipse poterit tibi, quod tu Aethiopiſſa fueris, uel mihi, quod Aethiopiſſam uxorem duxerim? Iam Mariam operuit candens lepra tanquā nix, & extra castra manet septem diebus, pro eo quod murmurauit contra Moſen, propter uxorem eius Aethiopiſſam. Et ut manifestius dicam iam synagogam de immunditia suae iniquitatis, om̄i saeculo notam fecit, proiectam nō solum sc̄am animam de regno dei, uerum etiam secundum corpus de ciuitate & templo quōdam dei, & foris manet, mente & corpore dispersa secundum illud: Disperge illos in uirtute tua, & donec pertransiant septem dies, i. donec plenitudo gentium subintroeat, non reuocabitur in castra haec, pro eo quod improperat tibi uel supplicibus tuis, quod Aethiopes fuerint, & milia de talibus ergo ecclesiam coniunxerim. Quanto magis in plenitudine illius diei in resurrectione uniuersali omne os obstructum erit: Praedico tibi, quia tunc auferā de medio tui magniloquos, quos superbiae tuae, s. istos qui se dicunt Iudaeos esse, & non sunt: sed sunt in synagoga sanctorum, uere magniloqui & superbi, in eo maxime, quod suam querentes statuere iustitiam, iustitiae dei non sunt subiecti, quae uidelicet superbia sic tua superbia dicitur esse, quō illi dicunt esse filij tui uel filij Abraham, & se unum patrem deum dicunt habere. Hoc factō nō adhaerens exaltari amplius in monte sancto meo, sed stabis in magno & aeterno sanctae humilitatis firmamento, sciens & perfecte cognoscēs, quod nūc ex parte cognoscis, & ueraciter confiteris, quia de suis operibus nullus unquam potuit uel poterit in conspectu dei iustificari. Im̄o oēs peccauerunt, & egent gloria dei, & quod tunc probatione non indigebit, quia res manifesta erit. Auferentur magniloqui, & qui relinquuntur ibi: Ait. **L. Et derelinquā in medio tui populi pauperem & egenum, & sperabunt in nomine domini reliquiae Israel.** Sicut magniloqui ueraciter dicunt & sunt, quod in semetipsis tanquam iusti confidunt, & de operibus legis praesument, ita pauperes & egeni recte dicunt & sunt, quod se peccatores esse cognoscunt, & nō nisi per fidem Iesu Christi iustificari se sentiunt. Talem populum ita pauperem, ita egenum, pauperem spiritu, scilicet in medio tui, ut ueniētes ab oriente & occidente, recubant in sinu Abraham, magniloquis illis filiis regni in tenebras exteriores eiectis. Fiet tamen quāuis ut sperent in nomine dñi reliquiae Israel, s. cum plenitudo gentium subintroierit. Quid erit illis sperare in nomine dñi, nisi deponere pertinaciam, qua se iustificari arbitrantur ex operibus suis, & omnem iustificationem credere in solo nomine dñi, in fide Iesu Christi: Sequitur. **L. Non facient iniquitatem, nec loquentur mendacium, & non inuenietur in ore eius lingua dolosa: quoniam ipsi pascuntur & accubabunt, & non erit qui exterreat.** Felix ille dies resurrectionis, in cuius plenitudine nec uerbo nec opere quisquam peccabit. Magna & beata remuneratio omni anime uel omni homini, qui nunc & si iniquitatem fecit, & mendacium locutus est, iam ulterius iniquitatem facere, & mendacium loqui nō uult: Magna (inquam) & beata remuneratio, quia tunc accipiet stabilitatem hanc, ut iniquitatem facere, uel mendacium loqui iam non possit, quippe ubi iam malam uoluntatem habere non poterit beata anima Deo creatori suo sociata uel coniuncta, inseparabiliter per spiritum amoris aeterni. **L. Lauda filia Sion, iubila Hierusalem, letare & exulta in omni corde filia Hierusalem.** Subauditur, hanc promissionem habens: Lauda Deum patrem, & iubila Deo filio, letare & exulta in Deo spiritu sancto, quae sancta Trinitas unus Deus est, unde accepisti, quod es filia Sion, quod es Hierusalem, quod es filia Hierusalem, filia Sion per fidem, Israel per spem, filia Hierusalem per charitatem. **L. Abstulit dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos rex Israel, & dominus minus in medio tui: non timebis malum ultra.** Vere pulchra, sed admodum occulta praedicatio sanctae & indiuiduae trinitatis. Dominus deus pater iudicium tuum abstulit.

Magniloqui, Iudaei

Apoc. 2  
Rom. 10.  
Ioh. 8.

1. Cor. 13  
Psal. 142  
Rom. 3.

Quis est populus, pauper, & egenus.

Rom. 4.  
Math. 23.

Rom. 11.

Magna ac beata remuneratio

Trinitatem hic saepe insinuat propheta.



Rex Iſrahel Dei filius inimicos tuos auertit, Dominus ſpiritus ſanctus in medio tui eſt. & ideo non timebis malum ultra: quia quæ nunc uides per ſpeculũ in ænigmate, tunc uidebis facie ad facie, & mors ultra nõ erit, quæ fuit iudiciũ tuũ ſup omne genus humanum Ad peccante prolatum. Neq; luctus neq; clamor, neq; dolor nltra erit ultra, quæ prima abierũt. In illa die dicitur Hieruſalem: Noli timere Sion, non diſſoluantur manus tue, dominus deus tuus in medio tui fortis, ipſe ſaluabit. Gaudebit ſuper te i lætitia, ſilebit in dilectione tua, exultabit ſuper te in laude. Quam lætus trinitatis amator animus hoc attendit, qd hic ſpiritus ſanctus per os prophætæ indubitabili ueritate loquens, quaſi tinnulam fidei tripudiat cantilenam & iocunditatis ſuos modulos triplicat, ut excitata audiētis anima, iam per hæc uerba meditãdo guſtare uel ſpeculari incipiat, qd deus ſuus ſanctus fit trinitas, quã uidelicet trinitatem, quia tunc mundus nomen eius, quod eſt pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, portare non poterat, ideo quærẽdũ non eſt hic, cur nõ ita Propheta diſtinguit, ſicut ipſe in Euangelio ſuo dñs deprompſit, dicendo: In nomine patris, & filij, & ſpũs ſcti. Ecce quorũ modis opus decãtauit, qd circa nos agit uel actura eſt indiuiſa unitas trinitatis. Primo modo ita ſonat, uox exultatõis, & reuera ſonus epulantis, Lauda filia Sion, iubilã Iſrahel, lætare & exulta in omni corde filia Hieruſalem. Secundo autem ſic: Abſtulit dñs iudicium tuum, auertit inimicos tuos rex Iſrahel, dñs in medio tui. Tertio uero ita: In die illa dicitur Hieruſalẽ noli timere. Sion nõ diſſoluantur manus tuæ. dñs deus in medio tui fortis ipſe ſaluabit. Quarto autem ſic: Gaudebit ſuper te in lætitia, ſilebit in dilectione tua, exultabit ſuper te in laude. Quam pulchre quatuor hiſ modis uariatur uox unius eiusdemq; laudis, trinitas per ſingulos modos diſtincta clauſulis. Quam pulchre (inquam) ſi conſideres, quia quatuor ſunt, quæ in uno Chriſto per maxima propter nos operata eſt unitas trinitatis, quæ neſcite nõ licet ulli animæ, quæ & Sion, & Iſrahel, & Hieruſalẽ digna ſit nuncupari. Quæ ſunt illarũ: Incarnatio, paſſio, reſurrectio, & aſcenſio. Incarnatio, trinitatis opus eſt: quia ut incarnaretur filius, pater illum miſit, ipſe uirginis uterum ingreſſus eſt. Spiritus ſanctus illi uerũ corpus, ueram carnem de carne uirginis condidit, & cum anima rationabili carnem noſtrã uerũ hominem ut indueret, ipſe effecit. Paſſio, trinitatis opus eſt, quia calicem illum, quẽ pater dedit, filius bibit, & per ſpiritum ſanctum ait Apoſtoloſ ſeſe hoſtiam obtulit, ut emundaret cõſcientiam noſtram ab operibus mortuis. Reſurrectio, trinitatis opus eſt: quia pater: Exarge gloria mea dixit: filius exurgam diſtincto reſpondit: ſpiritus ſanctus eadem die ex ore eius in remiſſionem peccatorum proceſſit inſufflantis & dicentis: Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittũtur eis. Aſcenſio, trinitatis opus eſt, quia dixit pater: ſede a dextris meis, filius aſcendit & ſedit, ſpiritus ſanctus de illo conſeſſu ſuper diſcipulos ueniens, diuiſiones gratiarum illis diſtribuit. Itaq; pro eo, quia deus homo factus eſt. Lauda Sion, iubilã Iſrahel, lætare & exulta in omni corde filia Hieruſalem: quia inde tu filia Sion, quod ſicut deus patribus promiſit, ita filium ſuum miſit: inde tu Iſrahel, quia natura tua cum dei filio dei uerbo, in unam perſonam aſſumpta, reuera cum deo directa eſt ſecundũ nomen Iſrahel: inde tu filia Hieruſalem, quia per eandem diuinã & humanã naturã coniunctionem, tu quæ de terra eras, cœleſtibus in pace ſociata es, & iam quidem per hoc ipſum, quod ppter te paſſus eſt, iudicium tuum, iudicium mortis abſtulit, inimicos tuos auertit. ſ. malignos ſpiritus, & ipſum principem mundi, quẽ foras miſit, & illo foras miſſo, dñs in medio eſt tui, & malum illud præuaricatõis antiquæ, tranſgreſſionis paternæ, non timebis. Veruntamen eſt adhuc aliquid quod times dum in corpore uiuis, ſcilicet mors carnis & paſſiones corporis. Sed certum tibi eſt & eſſe debet, quia in illa die reſurrectionis uniuerſalis dicitur tibi: noli timere, uidelicet, quia mors ultra non erit, non diſſoluantur manus tuæ, quia immutata, & impaſſibilis facta eris. Porrò gaudium quo gaudebit ſuper te in lætitia, ſilentium quo ſilebit, in dilectione tua, exultatio qua exultabit ſuper te in laude Trinitas ſanctã, oculus non uidit, auris non audiuit, & in cor hominis non aſcendit. Sequitur. Illuſas qui a lege receſſerant, congregabo, quia et te erant, ut non ultra habeas ſuper eos opprobrium: I Nugas dixit nugaces homines, uidelicet, qui Dominum ipſum, de quo hic ſermo eſt, ſicut Sapientia teſtatur, calumniantur, dicentes: Quoniam diſtinctis alijs uita illius, & immutata ſunt uirgines illius. Tanquam nugaces æſtimati ſumus ab illo, & abſti

i. Corin. 13  
Apoca. 21.

Mat. ultimo

Quatuor chriſti ſacramenta opera unius Trinitatis Incarnatio

Paſſio  
Hebr. 9  
Reſurrectio  
Pla. 166, & 107

Iohã. 20  
Aſcenſio  
Pla. 109  
Actu. 2  
Quanta hoſna nobis ex his.  
Quatuor cõtingunt

Eſa. 64  
i. Corint. 2

Sapient. 2



& abstinet se à uis nostris, tanq̄ ab immūdicis. Eiusmodi nugas (inq̄) illos nugaces, q̄ à lege recesserāt, dicētes: Aduersus dñm, & aduersus Christum eius, Dirumpamus uincula eorū, & p̄nciamus à nobis iugū ipsorū, Cōgregabo: quia ex te erant. i. in fasciculos ad cōburendū alligabo, & maius iudiciū portabūt, p̄pter hoc ip̄m, quia ex te erant, quia legem acceperant, quia semē Abrahæ erāt, quia Israhelita erāt, q̄a ministri Christi erāt, unde & obprobrio tibi fuerūt, & p̄pter eos blasphemātū est nomen meū. Cōgregabo eos, ut nō ultra habeas super eis obprobriū, ut nō ultra i cōparatōe tui iustificet se Sodoma siue Gomorrha, neq; dicat: ma re ut Sion erubescat, qd̄ nimis dicit quoties manifesta gentilitas tibi, p̄pter aliquos, q̄ in te gētiliter uiuunt, insultant. **E**cce ego interficiā oēs, qui afflixerunt te in tpe illo. **N**on eos tm̄, qui ex te erant, & ex te exierunt, imō ex te nō erāt, sicut quidam tuorū dicit: Ex nobis exierūt, sed nō erāt ex nobis, nō (inq̄) illos tm̄, sed & oēs q̄ te afflixerunt, siue in lege siue sine lege peccantes, interficiā in tpe illo, eos q̄ in lege peccauerūt p̄ legē iudicādo, & eos qui sine lege peccauerūt, sine lege p̄ditioni dādo. **E**t saluabo claudicantē, & eam que eie cta erat congregabo, & ponā eos in laudē, & in nomen in om̄i terra cōfusions eorū in tpe illo, quo adducam uos, & in tpe, quo congregabo uos. **M**agna dignatio, quā oēs nouimus, excelsi dñi, qui iuxta illud Psalmistæ: Qm̄ excelsus dñs & humilia respicit, nō multi sapiētes scdm carnē, nō multi potētes, sed quæ stulta sunt mūdi, elegit deus, ut cōfundat sapientes, & infirma mūdi elegit deus, ut cōfundat fortia, & ignobilia mūdi & contēptibilia elegit deus, & quæ nō sunt, ut ea quæ sunt destrueret. Quid aliud hic dici placet, dñi dicit: **E**t saluabo claudicantē, & eā q̄ eie cta erat, cōgregabo: Nam p̄ claudicantē & eie cta cū cta infirma siue ipotētia cū cta stulta & ignobilia et cōtēptibilia, recte p̄pheticē sermo designat. Saluabo (inq̄) & cōgregabo hm̄oi, & ponā eos in laudē, & in nomen in om̄i terra cōfusions eorū, id est, faciam eos laudabiles atq; nominatos illic, ubi erant sine nomine, & uidebantur illaudabiles, uidelicet, confundendo per ipsos, & destruēdo sapientes, fortes atq; potentes illos, quos in oculis habebantur ignobiles, & uidebantur contēptibiles: hoc (inq̄) faciam in tempore illo, quo adducam uos, & in tempore quo cōgregabo uos, id est, non solū in futuro, uerum etiam in præsenti seculo faciam nominatos, & inclytos illos de humilitate uocatos principes uestros, ita ut sicut ad Mosē dixit: **E**cce constitui te deum Pharaonis, ita & isti dñi terræ dicantur & sint iuxta illud Dauidicum: Principes populorū congregati sunt cum deo Abraham, quoniam dñi fortes terræ uehēmētē eleuati sunt. **B**abo enim uos in nomen, & in laudem omnibus populis terræ, cum cōuertēro captiuitatem uestrā coram oculis uestris, dicit dominus. **O**mnes populos terræ hic intelligimus electos de omnibus populis terræ, qui dicunt in Apocalypsi, & redemisti nos deo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione. Quos istos uel quod ob meritum, daturum se promittit, eos in nomen & in laudem, cum cōuertēro captiuitatem ipsorū coram oculis eorū: Nimirum illos quos iam diximus: Principes populorū, quorum labore & industria, cooperante eis dei gratia, factum est & fit, hoc ipsum quod conuertitur, & conuertetur captiuitas eorum corā oculis eorum, quæ uidelicet conuersio captiuitatis nunc inchoata, tunc perfecta erit, quando resurgent mortui, & constituentur à dextris: mox præcepturi regnum, quod paratum est eis ab origine mundi. Magnum conuersæ captiuitatis spe sculū ipsorum quondam captiuitatum, & magna præsentis admiratio scelicitatis apud ipsos, recolentes magnitudinem transactæ miseræ, præteritæ captiuitatis. Proinde cum dixisset, cum conuertēro captiuitatem uestram, magnifice addit, coram oculis uestris. **T**unc isti principes uel patres siue Apostoli, & quicumq; conuertendæ huius captiuitatis adiutores fuerunt uel sunt, in nomen & in laudem id est, nominati & laudabiles eisdem erunt, quos adiuuerunt, ut conuertēretur captiuitas eorum, & ualde iusto ordine principes uel patres, imō & saluatores post deum illos se habere gaudebunt. **H**æc omnia dicit dominus, subauditur, qui non mentitur, & cuius omnia dicta necessario implebuntur: ccelū enim (inq̄) & terra transibunt, uerba autē mea nō transibunt.

LIBRI SECUNDI IN SOPHONIAM PROPHE  
TAM FINIS.

Prologus